



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Qvintvs Decretalivm Libri continetvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Iniuriis, & Damno dato. Tit. XXXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95280](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95280)

De Purgatione Vulgari, Tit. XXXV. 263

CAP. Significantibus. II.

Innoc. III.

- P**urgatio vulgaris in nullo casu tolerari debet, & sententia lata ex tali purgatione est nulla, & non liberat, nec condemnat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Colle. Zab. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Viuian. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 232. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 733. remissive Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 18. cap. unic.
- Notatur hic text. ad hoc, quod quando sententia est ipso iure nulla, potest reuocari per iudicem, qui eam protulit, vt per Azened. in rubric. 8. n. 5. lib. 8. noue re. cap. 1. n. 3. eod. tit. & sententia, quam pars iniustam conficitur, non debet exequi, vt per Corlet. in singul. verbo sententia 6. & 7. Rebuff. tom. 1. ad leges Gallie tract. de sentent. execut. art. ult. n. 6. Sic etiam testibus receptis contra iuris prohibitionem, nulla fides adhibenda est, & sententia lata virtute salum probationum est ipso iure nulla, vt per D. Barbof. in l. 9. de vi, n. 106. ff. de iniuriis.

SVMMARIVM.


- Ferri candentis iudicium interdictum, & n. 2.
- Purgatio vulgaris olim triplex.
- Miraculum insigne refertur quod accidit cuidam Lusitano Omura.

CAP. Dilecti. III. & fin.

Honor. III.

- P**urgatio vulgaris candentis ferri interdictum sub censura, quia est tentare Deum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Colle. Zab. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 232. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 733. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2.
- Refert hic text. ferri candentis iudicium penitus esse interdictum, vt pote in quo Deus tentari videtur, & mandat Templarios, qui Lioues hoc iudicium subire compellebant, per censuras Ecclesiasticas cogi ab eo abstinere, vt per Mart. Delr. disquisit. magic. lib. 4. c. 4. q. 4. sect. 3. in fine, & q. 5. sect. 3. vers. secundo probatur, Torreblanc. lib. 1. de Magia diuinatrice, c. 23. ex nrm. 36.
- Triplex olim fuit purgatio vulgaris, per rogam scilicet, per prunas, per ferrum, hoc est, viores, feni lateres, seu cotículas, vel chirothecas candentes innocentia probatur, si illas quis abiret; sin nocens habebatur, quæ aliquando sponte suscepta, aliquando vero iniuncta pronocato erat, prout asserit idem Martin. Delr. d. q. 4. sect. 3. in princ. vbi testatur de ferro candente hodie apud Iaponios obtinere, & narrat illustr. miraculum, quod accidit Omura ex epistola Luffi Froës scripta anno 1595. in hæc verba: Fuerat Christianus quidam Lusitanus erat degens inter ethnicos acclatus furti, & quia hoc crimen seculissime puniuntur in Iaponia, sic vt de eo quantumvis minimo conuictus, morte cum nulla venia spe mulctetur, nec tamen possunt hunc Christianum verè conuincere. Ecce mox Gentiles eum obsident, & dum aliud non possunt, opportune compellunt, vt ritu ipsius conuicti iuramentum edat, qui erat, vt in folio chartæ haberi

pto scriberet, quod erat iurandum, deinde folio in palmam manus deposito imponeret ferrum candens, manumque constringendo in suam rapiat vindictam, & iram Chamis imprecaretur, si obiecti criminis reus foret. Quod si forte manus amburatur, aut experientia probatum eum noxa esse reum, si verò à latrone cum folio maneat immunis, esse innoxium. Cui igitur hic Christianus in has angustias abductus esset, quippe vel iurandum illi erat, vel repudiato iuramento, quo se reum faciebat vitæ discrimen adendum innocentie suæ confusus dixit fas sibi non esse, vt pote Christiano per falsum Deum Chamis iurare, sed tantum per verum. Consentunt Gentiles, vt per suum Deum iuret. Ille ergo signo Crucis in folio expresso, ferrum candenti imposito, quia id facere cogebatur, magna animi præstantia ferrum manu constrinxit. Res mirabilis, nec manus, nec solum comburitur. Itaque non solum solutus est poena, verum etiam culpa, quam falsò illi impingebant.



De Iniuriis, & Damno dato.

TIT. XXXVI.

SVMMARIVM.

- Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.
- Iniuriarum materia vbi tractetur, ostenditur.
- Iniuria non solum dicitur verbalis, quæ verbo tenus fit, sed & ea quæ in scribendo fit.
- Iniuria sine dolo & animo iniuriandi non committitur.
- Iniuriandi animus non presumitur quando potest sumi alia coniectura.
- Iniuria irrogatur si quis dicat alteri, tu mentiris.
- Iniuria atrox quæ dicitur, remissive.
- Dammum dicitur non solum quod prouenit à casu, sed etiam à culpa.
- Dammum presumitur illatum ab inimico, & vicinis quando sunt mala opinionis.
- Dammum, & iniuria in quo differant.

SUPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Panorm. Mar. Socin. Aloyf. Ricc. collect. 1875. Durand. in breuiario atreo iuris Canon. fol. 151. Petr. de Rauenna in compend. iuris Canon. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canon. fol. 182. Martin. Melhart. in epitome Decret. fol. 197. verso, Dan. Venat. in analysi method. iuris Pontif. à pag. 710. Goffr. & Host. in sum. huius tit. Alex. Cassan. & Anastaf. German. in paratitlis ad quinque libros Decret. Barth. Carthag. in exposit. tit. iuris Canon. Langel. in insit. Canon. Canif. in sum. iuris Canon. Cafarel. in erotem. eiusdem iuris, nouissime Ioan. Honor. lib. 5. sum. in Decret. omnes sub hoc tit.

De iniuriis vide Clar. in pract. §. iniuria, Menoch. de arbitr. casu 263. Bellar. Soar. & alios tom. 3. commun. opin. lib. 9. tit. 25. de iniur. Perez ad tit. 9. lib. 8. Ordin. Surd. decis. 89. Farin. in praxi crimin. p. 3. q. 105. Bernard. Græuæ ad pract. Cam. Imper. lib. 2. concl. 100.

Iniuria non solum dicitur verbalis, quæ dicitur verbo tenus, sed & ea, quæ in scribendo fit, quia scriptura loquitur, non figura 37. vers. quatenus, ff. de actionibus, & obligationibus, gloss. verbo conuincunt, in l. 1. ff. hoc tit. Farin. d. q. 105. n. 4. Bernard. Græuæ d. lib. 1. concl. 104. confid. 1. Sine dolo, & animo iniuriandi non committitur, l. si non committit, C. hoc tit. Surd. d. decis.

d. decif. 89. n. 23. & 27. Farin. in praxi crimin. p. 1. q. 16. n. 67. Menoch. conf. 109. n. 1.

5 Iniriandi animus non praesumitur, quando potest sumi alia conjectura, Surd. d. decif. 89. n. 31. Farin. d. q. 16. n. 53.

6 Interrogatur autem iniuria, si quis dicat alteri, tu mentiris, ex Clar. §. iniuria, n. 13. & 14. Menoch. conf. 41. n. 10. Bellacomb. tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 25. n. 49. vbi Viu. num. 127. Soar. receptarum sententiarum lit. 1. n. 36. Fach. controu. lib. 9. c. 12. in princ. Bernard. Graue. d. lib. 2. concl. 100. n. 9. cum seqq. Farin. d. q. 105. n. 310. vbi n. 311. asserit procedere, quamvis fiat cum protestatione, salvo scilicet honore meriti, quia talis protestatio contraria facto protestantem non releuat, Similiter inferitur per verba generalia, puta si dicatur, Ite in pace, quia in meo genere, non sunt Iudaei, Maan, latrones, &c. Perez l. 2. vers. igitur maiori, tit. 9. lib. 8. Ord. pag. 228. Capyc. decif. 48. n. 3. Farin. q. 105. n. 1. 104. & seq. Menoch. conf. 107. n. 10.

7 Atrox vero iniuria que dicatur, vide Couar. lib. 2. var. c. 10. n. 7. vers. hac omnia, Gom. tom. 3. var. c. 6. n. 1. 2. & 4. Plac. de delict. lib. 1. c. 6. n. 3. Perez l. 2. in gloss. verbo palabra, tit. 19. l. 8. Ordinar. Menoch. de arbitr. casu 263. Rebell. de oblig. iust. p. 1. lib. 4. q. 9. n. 3. vers. prima. Molin. de iust. sr. 2. disp. 176. vers. secunda, & disp. 281. vers. prima est.

8 De damno dato vide Brunor. à Sole in locis communibus, verbo damnum, Mascard. de probat. concl. 407. cum seqq. Dicitur non solum, quod provenit à casu, sed etiam à culpa, Surd. decif. 126. n. 3. Et illud alleganti incumbit onus probandi, Mascard. concl. 470. n. 1. & in dubio praesumitur illatum ab inimico, Brunor. à Sole d. verbo damnum 2. Mascard. concl. 472. n. 1. & à vicinis, quando sunt male opiniois, & famae, Bart. in l. si ita, ad finem, ff. fundo instructo, & in l. dominus horreorum, ad finem, ff. locati, Menoch. de arbitr. casu 208. & conf. 384. num. 6. & de praesumpt. lib. 1. praesumpt. 89. n. 94. & lib. 5. praesumpt. 21. n. 18. & lib. 6. praesumpt. 24. n. 45. Mascard. concl. 572. num. 3. & concl. 931. n. 13. & concl. 1224. num. 3. Diversa namque sunt iniuria, & damnum, quia remittens omnem iniuriam, & violentiam, non censetur remittere damna, Couar. d. lib. 2. c. 16. num. 7. vers. tertium, Anton. Gomez tom. 1. variar. c. 6. num. 13. Menoch. remed. 1. recuper. n. 307. & de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 114. Surd. de alimentis, tit. 7. quaest. 16. num. 85. & decif. 261. num. 4. vbi num. 5. resoluit quod expensas non censetur remittere, qui damna remittit, de quo etiam Perez ad lib. 4. Ordinar. pag. 83. 2. Et idem si facta sit remissio iniuriae, siue offensae in foro Conscientiae, non propterea censetur sublatum ius accusandi. Couar. dict. c. 10. post num. 6. vers. tertio, Clar. §. fin. q. 58. num. 39. Bonacoli. commun. crimin. part. 2. verbo iniuria, fol. 38.

S V M M A R I V M.

- 1 Operas, & expensas soluere debet percussus aliquem qui iacet in lecto.
- 2 Vulnerans tenetur vulnerato ad damna & interesse, intellige ut ibi.

CAP. Si rixati. I.

Ex Exodo.

- 1 Quando quis in rixa alterum percussit, & ideo iacet in lecto, sed non moritur, percussus operas, & expensas soluere debet. Colligunt ex Ordin.

Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Io. Andr. Hof. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. in ration. lib. 1. c. 1. Pontif. pag. 233. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 733. remissum Ximen. in concord. p. 1. defamatur ex Exodo c. 21. & refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 3. l. c. 1.

Collige ex text. quid vulnerans tenetur vulnerato ad damna, & interesse, ad estimationem operum amissarum, ac lucri cessantis propter illam vulnus necnon ad expensas medicorum, medicinarum, & aliorum rerum, in curatione adhibitarum, de quo vide Bellacom. tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 25. n. 49. & seq. Ioseph. Ludou. tom. 3. varund. commun. opin. lib. 11. ad legem Aquil. concl. unic. per totam, Marant. de ordine iudic. p. 1. diffinit. 1. n. 4. Ballard. ad Clar. §. homicidium, n. 7. & 8. Gom. tom. 3. c. 3. num. 37. Put. decif. 208. lib. 1. in antiquis. Menoch. de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 114. n. 2. Farin. praxi crimin. p. 5. q. 119. num. 15. late Sartu. clau. reg. lib. 1. c. 2. Paul. Comitol. respons. iur. lib. 4. q. 1. n. 1. cum seqq. quam quidem restitutionem damnorum, & interesse expensarum curationis, & estimationis operarum deberi de iure diuino per hunc tenent. Menoch. de arbitr. casu 122. in princ. Farin. d. q. 119. n. 1. c. Principalis igitur text. conclusio adeo vera est, quod etiam vulnerans ad estimationem operarum amissarum & lucri cessantis propter vulnus, quando ex illo lecta est aliquando corporis debilitatio, vel aliquod membrum inutile redditum, aut abscissum, quia tunc tenetur etiam ad amissas operas, & lucrum cessans in futurum, propter dictam debilitationem, & postquam fuerit vulneratus refanatus durante vita ipsius vulneris, ut per Plac. de delictis, lib. 1. c. 6. n. 32. ante finem, ut quod si mutilus, Gomez d. tom. 3. c. 6. n. 1. optime Farin. d. q. 119. n. 117. vbi n. 120. limitat in homicidio commisso, in quo dicit non venire restitutionem interesse damnorum, & n. 121. limitat non procedere eo, qui vulnerauit, aut occidit ad suam necessitatem defensionem.

S V M M A R I V M.

- 1 Compendium huius text. refertur.
- 2 Cisternam fodiens, & non cooperiens si hoc ceciderit, tenetur dominus cisternae pretium ius reddere.

CAP. Si quis aperuerit. II.

Si quis aperuerit, vel foderit cisternam, & cum non cooperuerit, cecideritque bos, vel alius in ea, dominus cisternae tenetur reddere pretium bovis, vel asini, quod autem mortuum est ipsius domini cisternae erit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Ioan. Andr. Hof. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 233. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 734. remissum Ximen. in concord. p. 2. defumitur ex Exodo c. 21. & refertur ab Inone p. 16. c. 449. & ab Anton. Aug. collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 3. l. c. 3.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. defumitur Cap. pol. de seru. urban. praed. cap. 47. num. 8. Alber. p. 2. tutorum quaest. 69. & 76. Palat. in repet. rubr. de tutorum inter virum, §. 6. n. 30. vbi etiam argum. huius textus soluit quod in casu in quo tenetur aliquis ad restitutionem rei alienae per vim subtrahit, vel alias iniuste acquisitae, aut damnificatae, non satisfacit spoliationem exhibendo domino rem damnificatam, & impletae illius deteriorationem, unde si tempore impugnationis vel violentie occidit bovem, vel aliud animal, aut aliam rem damnificauit, tenetur lege Aquil. & non

De Iniuriis & Damno dato, Tit. XXXVI. 265

facisfacit reddendo carnes & corium, & suppleudo in pecunia deteriorationem vique ad veram aestimationem, immo tenetur restituere verum pretium in pecunia numerata, & quod plus est erit in opinione domini damnum passum, vel recipere animal mortuum aut damnicatum, & agere ad supplementum deteriorationis, vel simpliciter agere ad rei aestimationem.

S V M M A R I V M.

- 1 Bos si erat cornipeta, & non custoditus, & alium bonum interfecit, dominus illius tenetur reddere bonum, & accipere cadaver.
- 2 Animal quodnam fuerit aggressum quando dubitatur, dominus occisoris non tenetur.
- 3 Aggressor quod quis fuerit quomodo probetur, remissive.

C A P. Si bos. III.

- B**OS si erat cornipeta, & non custoditus, & alium bonum interfecit, dominus illius tenetur reddere bonum & accipere cadaver. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 234. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 734. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. delumitur ex Exod. c. 21. & refertur ab Inone p. 16. c. 150. & ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 31. c. 4.
- I**n gloss. Reddet bonum, ibi, seu cum dubium est, quis bos primo aggressus est, &c.] Notatur ad hoc, quod ubi dubitatur quodnam animal fuerit aggressum, dominus non tenetur, vt per Boet. decis. 287. a princ. Tiraq. de penis temperandis, c. 62. a princ. & de iure primog. q. 17. opin. 7. n. 7. Et aggressor quod quis fuerit, quomodo probetur late prosequitur Farin. in praxi crimin. p. 5. q. 125. n. 436. cum seqq. & quod presumatur esse in culpa, tradit Menoch. remed. 9. recup. n. 47. & de presumpt. lib. 5. praef. 3. n. 13.

S V M M A R I V M.

- 1 Aestimationem damni soluere tenetur qui dimittit suum iumentum vt depascatur in aliena vinea, vel agro.
- 2 Iniuriarum actione tenetur qui inuito domino, & contra illius prohibitionem fundum ingreditur.
- 3 Damnum quod datur in frumento, in herbis non pluris aestimatur quam quod in herbis valeat.
- 4 Animal in suo fundo repertum non potest quis retinere reclusion nisi quando ignoratur dominus.

C A P. Si laferit. IV.

- A**ESTIMATIONEM damni soluere tenetur qui dimittit suum iumentum, vt depascatur in aliena vinea, vel agro. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. in ration. lib. 5. iuris Pontificij, pag. 234. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 734. remissive Ximen. in concord. p. 2. delumitur ex Exodo c. 22. & refertur ab Inone p. 16. c. 354. & ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 31. c. 5.
- A**grum, vel vineam.] Nota, quod potest cogi actione iniuriarum, & pernam aduersus eum, qui inuito domino, & contra illius prohibitionem fundum ingreditur. Barbof. Collect. Tom. I II.

vt per Conar. in reg. peccatum, p. 2. §. 8. n. 4. vers. tertio ex hoc falsum, Clar. §. iniuria, n. 5. Hippol. conf. 80. n. 4. Surd. conf. 191. n. 7. in fine, Steph. Gratian. decepti forens. c. 139. n. 19. Et damnum quod datur in frumento in herbis, non pluris aestimatur quam in herbis valeat, considerata qualitate praesenti, non autem futura, quoniam nondum apparet, vt per Afflict. in cap. cuiusque, n. 10. de pace tenend. lib. 2. feudorum, Clar. lib. 5. §. fin. q. 68. n. 43. Cassan. in consuetud. Burgund. tit. des infices, rub. 1. §. 6. in fine n. 9. Tiraq. de iure mariti. gloss. 2. n. 35. Menoch. de arbitr. casu 149. n. 21. Auendan. de exequend. mandat. p. 1. c. 13. n. 2. late Stephan. Gratian. Marchia decis. 51. In necessitate vero spicas colligere, & concedere in alieno fundo, sed non exportare, licitum esse de iure communi, tenent gloss. verbo fas, in cap. omnes 1. dist. itave non valeat statutum, quo huiusmodi facultas viatoribus interdicitur, quia esset contra ius diuinum, vt per Couarr. d. p. 2. §. 1. n. 5. Surd. de aliment. tit. 8. privileg. 39. n. 7. & 8.

Vt depascat aliena, &c.] Nota dominum non posse retinere animal in suo fundo repertum, nisi quando ignoratur cuius sit, si tamen statutum, vel consuetudo sit, vt includatur semper, ita fieri debet vt animal ex fame, aut siti detrimentum non patiat, de quo vide Cassan. in consuetudinibus Burgund. rub. 1. §. 6. verbo en mesage. Gregor. l. 24. verbo encierre, tit. 15. partit. 51. Menoch. remed. 6. recuper. n. 283. Capyc. decis. 45. Molin. de iustit. tract. 2. dist. 697. n. 23. Stephan. Gratian. de decis. 57. n. 12.

S V M M A R I V M.

- 1 Campum suum incendens, si egressus ignis combussit alias segetes, damnum soluere tenetur.
- 2 Incendarius tenetur ad omnia damna, & interesse propter incendium illata, n. 5.
- 3 Incendium a quibus in dubio praesumatur omissum, remissive.
- 4 Vicinus vicino de damno incendi culpa aborti ante neatur, remissive.

C A P. Si egressus. V.

DAMNUM soluere tenetur campum suum incendens, si egressus ignis combussit alias segetes. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 234. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 734. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. delumitur ex Exodo c. 22. refertur ab Inone p. 16. c. 354. & ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 31. c. 6.

Collige ex text. incendiarium, praesertim si dolo incendium immittat, teneri ad omnia damna, & interesse propter incendium illata, vt per Franc. Marc. Delphin. decis. 417. num. 1. part. 3. Ioseph. Ludouic. Pernu. sine decis. 25. post num. 4. Farin. in praxi crimin. part. 3. quaest. 110. num. 10. Incendium a quibus in dubio emissum praesumatur, vide Menoch. de arbitr. casu 390. Testat. Pedem. decis. 24. Polyd. Ripa in tract. de nocturna temp. c. 27. Mascard. de probat. concl. 892. ult. Dominus utrumne, & quando teneatur de incendio per familiam suam admissio, vide Ceph. conf. 361. Franc. Marc. Delphin. decis. 112. n. 33. Decian. resp. 29. vol. 1. Aloyf. Ricc. in collect. decis. part. 4. collect. 797. Menochius consil. 390. num. 20. cum seq. & consil. 53. Bapt. Costa de facti scientia, & ignorantia inspect. 42. Bernard. Grana. ad pract. Camera Imper. lib. 2. conclus. 21. in coronide. Z. Vicinus

Vicinus vicino de damno incendij culpa abortio tenetur, vide Franc. de Rampon. conf. 17. vers. tertio queri potest, Rauden. Pisan. decis. 9. n. 61. p. 1. Mascard. de probat. concl. 89. n. 4. & 5.

In glos. Redder damnum ibi, si fuerit in culpa, &c. Notatur ad hoc, quod ex lata culpa incendiarius tenetur ad damna, & interesse, vt per Menoch. de arbit. casu 390. n. 24. Ioseph. Ludouic. d. decis. 25. n. 10. Farin. d. q. 110. n. 18. vbi n. 24. resoluit, quod ex incendio commissio culpa lenissima in omittendo non tenetur incendiarius ad damna, & interesse, secus si in committendo.

S V M M A R I V M.

1. Domum alienius si quis incenderit, quam penam incurrat, ostenditur.
2. Domus appellatione non continetur tugurium.
3. Domus appellatione non venit apotheca.

CAP. Si quis domum. VI.

Ex Concil. Roman.

1. Si quis domum alienius incenderit, totum damnum soluat, & per tres annos poeniteat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Vin. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 235. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 734. remissive Ximen. in concord. p. 2. referatur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 31. c. 7. & similis sententia reperitur apud Burchard. lib. 19. Decretor. c. 5. tit. de sacrileg. §. concremasti domum.

Domum. Est edificium quod solis parietibus, & tecto continetur, deputatum pro habitatione, l. cum qui ades. ff. de usufr. Corri. conf. 206. n. 11. Castr. conf. 92. per tot. lib. 1. Stephan. Grat. discept. forens. tom. 4. c. 657. n. 27. Card. Tusch. pract. concl. tom. 2. lit. D. concl. 610. n. 2. & 3. Appellatione domus non continetur tugurium, vt per Roman. sing. 374. Tiraq. de indic. in rebus exiguis, vers. his accedit, p. 49. Hip. sing. 276. Mench. illustrum c. 34. Cotta in memorab. verbo domus appellatione, & verbo suppellectilia: nec etiam apotheca domus appellatione venit, vt per text. l. prediis, §. fin. ff. de legat. 3. resoluit Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 3. collect. 669. intellige si detur aditus de domo ad apothecam, secus vero si sit incorporata, & introducta in ipsa domo, vt per Ioseph. Sesse Aragonia. decis. 224. n. 15. late ego iple in tract. de appellat. verborum viriusque signif. appell. 82. n. 3. vbi n. 5. quod appellatione domus venit porticus, & n. 6. quod venit hortus ipsius domus, si ad illum e domo pateat aditus, & num. 8. quod venit molendinum, & num. 10. quod venit stabulum quando est annexum, & vitum domui, & n. 12. quod veniunt balnea si aditus per domum ad ea habeatur.

S V M M A R I V M.

1. Secularis potestas qua clericum bannit, condemnari debet per iudicem Ecclesiasticum, secundum estimationem iniuria in expensis, & damnis.
2. Clericus agere potest actione iniuriarum civiliter.
3. Clericus licet odium & rancorem precepto dimittere teneatur, satisfactionem autem non ita.
4. Iniuriam clerico inferens potest puniri per iudicem Ecclesiasticum.

5. Clericus laicos, qui sibi iniuriam fecerunt, civiliter, vel Ecclesiastico accusare potest.
6. Iniuria estimatio debet fieri per partem cum iuramento, non sine eo.
7. Iuramentum parti prestari debet in expensis, & damnis post taxationem iudicis.

CAP. Olim. VII.

Honor. III.

Secularis potestas, qua clericum in bannum mittit, est condemnanda secundum estimationem iniuria in expensis, & damnis, quia facit contra libertatem Ecclesiasticam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Vin. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 235. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 734. remissive Ximen. in concord. p. 2.

Propter iniuriam, &c. [Notatur ad hoc, quod clericus agere potest actione iniuriarum civiliter, vt per Host. n. 5. Ioan. Andr. n. 4. Panorm. notab. 3. n. 2. apud Ioseph. Sesse in praxi crimin. p. 3. q. 105. n. 36. vnde licet odium, & rancorem ex precepto dimittere teneatur, satisfactionem autem non ita.] glos. 3. in c. 4. de homicidio lib. 6. de tona. Gom. tom. 3. var. c. 1. n. 29. in fine. Couar. lib. 2. c. 10. n. 8. Molin. de primogen. lib. 2. c. 5. n. 12.

Episcopo Mutinen. &c. [Ergo iniuriam clericum, ferens potest puniri per iudicem Ecclesiasticum, vt per Guid. Papae decis. 562. n. 2. & 3. Roland. conf. 240. vol. 2. Couar. var. lib. 1. c. 4. n. 8. Clar. §. fin. q. 36. Thesaur. decis. 224. n. 2. & 3. Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. c. 26. n. 1. & 22. quos refert, & sequitur let. disquisit. cleric. ut de favore clericorum veni. §. 4. Clericus tamen laicos, qui sibi iniuriam fecerunt, ram Ecclesiastico, vel seculari accusare poterit, natecent Clar. d. q. 36. n. 47. Rebuff. in tract. quibus iura faculares cognoscere possunt, mon. 43. & in tract. reprob. n. 239. Azered. l. 4. n. 4. tit. 1. lib. 5. mon. reprob. Cuiuslibet lip. p. 3. §. 2. n. 2. Farin. in praxi crimin. p. 3. q. 105. n. 36.]

Taxatione iuramento permittitur. [Notatur ad hoc, quod estimatio iniurie debet fieri per partem cum iuramento, non autem sine eo, vt per Franc. d. q. 105. n. 47.]

In glos. Taxatione, ibi, & postea debet iurari, &c. Notatur ad hoc, quod in expensis, & damnis post taxationem iudicis iuramentum parti prestari debet, de quo vide Clar. in §. iniuria n. 7. vers. sed non quod, Mutin. de ordine indic. p. 4. in princ. num. 6. Mascard. de probat. conclus. 603. n. 1. Farinac. d. q. 105. n. 49. Cardos. in praxi indic. verbo expensis, n. 18. Cardin. Tusch. in. E. concl. 610. n. 3.

S V M M A R I V M.

1. Statutum etiam iuratum super damnis non reputatur ad expensas non extenditur.
2. Casus omissus a statuto, vel consuetudine prout habetur.
3. Expensas remittit, qui damna remittit.

CAP. In nostra. VIII.

Gregor. IX.

Statutum etiam iuratum de non petendo, vel restitendo restorationes domorum, non extenditur

ad expensas, quæ non obstante iuramento sunt sol-
uendæ ad arbitrium iudicis. Colligunt ex Ordin. Abb.
antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr.
Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. in ration. lib. 5.
iuris Pontif. pag. 235. Alagona in compend. iuris Canon.
pag. 735. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. & Casal.
in annot.

- 2 Statutum editum, &c.] Notatur ad hoc, quod casus
omissus à statuto, vel consuetudine, pro omisso habe-
tur, vt per Tiraq. de iure primog. g. 4. c. 1. n. 194.
- 3 Super damnorum articulo, &c.] An autem & quando
appellatione expensarum veniant damna, & interesse
vide Boër. decis. 52. n. 7. Card. Tusch. pract. concl. tom. 3.
lit. E. concl. 637. per tot. Perez ad lib. 4. Ordin. pag. 831.
Surd. decis. 261. n. 4. metipsum in tract. de appellatua
verborum utriusque iuris signif. appell. 68. n. 6. & appell.
92. ex n. 3.

S V M M A R I V M.

- 1 Compendium huius text. refertur.
- 2 Damnum ubicunque subsequitur ex aliqua culpa
quantumvis leuissima, videlicet in commodato,
vel deposito, ille, cui res commodata, vel in deposti-
tum data fuit, tenetur semper ad restitutionem in
vniuersum de toto damno.
- 3 Damni qui occasionem dat, damnum ipsum dedisse
videtur.
- 4 Paria sunt scire, & scire debere.

CAP. Si culpa. IX. & fin.

- 1 Damnum quando culpa alicuius datur, vel irro-
gatur iniuria, aut auxilium illam irrogantibus
præstatur, vel hæc eueniunt impetitia eius, vel negli-
gentia, tenetur ille satisfacere, nec excusat ignorantia
si scire debuit ex suo facto posse verisimiliter contin-
gere iniuriam, vel iacturam. Item si animalia Petri
nocuerunt alicui, tenetur Petrus satisfacere nisi ani-
malia damnum passu dederit. Verum si animalia erant
ferocia, & quæ consueverunt nocere, & diligentia de-
bita non fuit præstita, non liberatur Petrus dando ani-
malia; item licet qui causam, damnum ipse dedisse
videatur, tamen secus est in eo, qui adhibuit omnem
diligentiam quam debebat, ne contingeret. Colligunt
ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel.
Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin.
Viuian. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 236. Alagona
in compend. iuris Canon. pag. 735. remissive Ximen. in
concord. p. 2.
- 2 Notant hic text. ad hoc, quod in commodato, lo-
cato, vel deposito, aut ubicunque damnum subse-
quitur ex aliqua culpa quantumvis leuissima, siue
Theologicè, siue iuridicè sumpta, ille, cui res com-
modata, locata, & in depositum data est, tenetur
semper ad restitutionem in vniuersum de toto damno,
vt per Bejam respons. casuum cons. p. 2. casu 20. vers.
probat. Sayr. in clau. Regia. lib. 10. tract. 3. c. 1. n. 10.
- 3 Qui occasionem damni dat, &c.] De hoc principio
vbi Decian. consil. 218. n. 4. Surd. decis. 326. n. 23. & 24.
Ferrer. in constit. Catalauiæ. gloss. 5. n. 287. Card. Tusch.
tom. 1. lit. C. concl. 138. num. 4. & tom. 2. lit. D. conclus. 6.
Thom. de Thomaf. in floribus legum regul. 244. vbi ait
procedere, quando causam propinquam dedit, latè
ego ipse de appellatua verborum utriusque iuris signif.
appellat. 63. ex n. 1.
- 4 Si scire debuisti, &c.] Paria enim sunt scire, & scire
debere, l. quod te, in fine, vbi gloss. ff. si certum per.
Barbof. Collect. Tom. III.

vbi Butigel. n. 9. §. si duo. ff. de acquir. hered. Tiraq. de re-
tract. lign. ad fin. tit. n. 41. Steph. Gratian. discept. forens.
c. 194. n. 1. Ego ipse in tract. de appellatua verborum
utriusque iuris signif. appellat. 154. n. 29. & ibi citatis
adde Decian. consil. 76. n. 6. lib. 4. Bapt. Costa de facti
scientia & ignor. inspect. 65. & alios relatos à Farinac.
fragn. crimin. p. 2. lit. I. n. 163.



De Poenis.

TIT. XXXVII.



VPER hanc rubr. scripserunt Zabarel.
Ioan. Andr. Anchar. Panorm. Butr. Mar.
Socin. Durand. in breuiario aureo iuris
Canon. fol. 151. Ioan. de Londris in bre-
uiario sanctorum Canonum. fol. 182. verso.
Martin. Melnart. in epitome Decret. fol. 198. Petrus de
Rauenna in compend. iuris Canon. Dan. Venat. in analyt.
method. iuris Pontif. à pag. 716. Goffred. & Host. in sum.
huius tit. Alex. Callan. & Anastaf. Germon. in paratitlis
ad quinque libros Decret. Barth. Carthag. in exposit. sit.
iuris Canon. Zypæ. in analytica postremi iuris Ecclesiast.
enarrat. p. 434. nouissimè Ioan. Honor. lib. 5. summ. in
Decret. omnes sub hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Delinquens toties puniendus est, quoties reiterat de-
lictum.
- 2 Iteratio eiusdem criminis ex intervallo nouum de-
lictum est.
- 3 Subreptitia dicitur Principis venia, non facta men-
tione de iterato crimine.

CAP. Ea, quæ. I. Concil. Tolet.

Delinquens toties puniendus est, quoties reiterat
delictum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc.
Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm.
Marian. Socin. Viuian. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.
238. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 736. re-
missive Ximen. in concord. p. 2. desumitur ex Concil.
Tolet. vt vulgo tribuitur, sed ex quo Concil. sumptum
sit nondum inuentum est, referant Burchard. lib. 1.
Decret. c. 158. & luo part. 15 c. 160. & Anton. August.
collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 32. c. 1.

Hanc eandem concl. & quod iteratio eiusdem cri-
minis ex intervallo, nouum delictum est, desumit ex
hoc text. Conat. variat. lib. 2. c. 10. n. 8. vers. quod verò.
Vnde subreptitiam dici Principis veniam, non facta
mentionem de iterato crimine, tenuerunt Padil. in l.
transigere, n. 63. C. de transact. Tiraq. de poenis temperan.
causa 10. n. 4. Henriq. in summ. lib. 13. c. 30. §. 1. plures
per Cened. ad Decret. collect. 13. n. 4. quibus adde Farin.
in praxi crimin. p. 1. q. 9. n. 49. Nicol. Garc. de benef. p. 8.
c. 3. n. 28.

S V M M A R I V M.

- 1 Presbyterum interficiens puniendus est, & pœna pars
vna Ecclesiæ, cui præfuit, alia pars pro eius ani-
ma distribuitur.

7 2 2 Panis